



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Utrum plures ad vnum puerum possit fieri compatres

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

paternitate. Si autem plato haberet alios fratres. tunc talis leuans istis fratribus posset aliquam filiam suam copulare. Rō est. qz p neutrum illorum deuenit cum est ad paternitatem. ¶ Item dubitatur. utrum decem vel centum vel plures possint ad unum puerum fieri ppatres. et utrum circumstantes puerum non leuantes ex nimia multitudine ppatrum etiam ptrahebant affinitatem. Ad hoc dubium respondetur libro quarto decretalium. cap. Quauis. ubi dicitur. sufficit unus pater. si tamen plures sunt omnes erunt compatres. Et subditur ibidem. et ideo est de confirmatione. ¶ Sed diceretur. que est ratio quare semper tres ppatres ut frequenter capiuntur. ¶ Respondetur quod hoc fit in signum trinitatis. vel fit ad testandum puerum esse fidelem. quia in ore duorum vel trium consistit omne testimonium.

¶ Ultimo notandum. sicut potest elici ex iam dictis tunc cognatio spiritualis contrahitur in confirmatione. et ptrahitur in baptismo. quod sic declaratur. quod ille qui ducit aliquam puellam ad confirmationem. tunc nec cum ipsa nec cum matre ipsius potest matrimonium contrahere. similiter puella que ducit seruum ad confirmationem. nec cum isto nec patre eius potest matrimonium contrahere.

¶ Unum est sciendum quod viginti sunt casus qui impediunt matrimonium ptrahendum et dirimunt ptractum prouenientes ex baptismo et confirmatione. Primus casus est inter leuantem et leuatum. Secundus casus est inter pueros leuantis et leuati. Tertius casus est inter uxorem leuantis et leuati. Quartus casus est inter parentes leuati et leuantem. Quintus casus est inter uxorem leuantis et parentes leuati. Sextus casus est inter baptizantem et baptizatum. Septimus casus est inter pueros baptizantis et baptizatum. Ex isto sequitur. si sacerdos habet filium iste non potest ptrahere matrimonium cum puella quam pater eius baptizauit et e converso si est filia ista non potest ptrahere matrimonium cum masculo quem pater eius baptizauit. sed sunt sorores et fratres spirituales. Octauus casus est inter uxorem baptizantis et baptizatum. Ex isto patet quod si sacerdos habet uxorem et baptizat aliquem masculum. tunc iste non potest ptrahere matrimonium cum uxore sacerdotis. Nonus casus est inter baptizantem et parentes baptizati. Decimus casus est inter uxorem baptizantis et parentes baptizati. Et sic sunt decem casus respectu baptismi qui impediunt matrimonium ptrahendum et dirimunt ptractum. Et eodem modo ex parte confirmationis pueniunt decem casus qui impediunt matrimonium ptrahendum et dirimunt ptractum. Primus casus est inter pfirmantem et pfirmatum. Secundus casus est inter pueros pfirmantis et pfirmati. posito quod ipsi habeant uxores et pueros. Tertius casus est inter uxorem confirmantis et confirmatum. Quartus casus est inter confirmantem et uxorem pfirmati. Quintus casus est inter uxorem confirmantis et parentes ipsius confirmati. Sextus casus est inter representantem et confirmatum. et sic iste representans est pater in confirmatione. Septimus casus est inter pueros representantis et confirmatum. Octauus casus est inter uxorem representantis et confirmatum. Nonus casus est inter uxorem representantis et parentes confirmati. Decimus et ultimus casus est inter uxorem confirmantis et parentes confirmati. Et sic similiter sunt decem casus respectu confirmationis sicut respectu baptismi. qui impediunt matrimonium contrahendum et dirimunt contractum.